



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

Lutherus in Analyſi Thematum matrimonialium:
Nullo paſto. Supra memorauit, hominem, non à parente ſuo, verū à Deo creatum eſſe, ut edat, bibat, fructum corporis ſui habeat, ut dormiat, aliaque naturæ opera perficiat. Quorum permutatio in nullius manu conſtitit. Quare diſerunt inter ſe; Matrimonium cum hac vel illa perſona impediſire; & idem penitus abdicare. Etenim parens mandare potest, ut prole ſua ab hoc, vel illo, edendo & bibendo ſe abſtineat; hic, aut illuc, in ſopore ſe non collocet, iuberet aman non potest, ut impransus, incænatus, impotus & in ſomni permaneat: in modo ſua interefft, ut de cibo, potu, ſomno, victu & amictu, adeoque de omnibus neceſſariis, quām optimè ſoboli ſuæ proſpiciat. Quod ſi minus praſliterit, non amplius parentis officium exequitur, pueroque iam incumbit neceſſitas, ut hac ſibi ipſe comparet.

Antipharmacum.

Hic iterum vides finem, ob quem, Lutheru Iudee, homo creatus eſt; nempe, ut edat, bibat, fructum corporis ſui habeat, ut dormiat, & alia naturæ opera perficiat. Ex quo conſequitur homines, secundum Lutherum, viuere ut edant, bibant, dormiant, non edere, bibere, dormire, ut viuāt. Quis neget hunc tam ſublime prophetam altius in cœlū euectum, quām ipſum sanctū Paulum? Nunquam enim tam abdita nobis protulifſet, niſi ſupra omnes cœlos in vacuum illud & inane inſinītū quod extra cœlos eſt; abductus fuifſet. Sed quid ſi parens cum filio Sophisticè ageret, diceretque; Non prohibeo tibi matrimonium, ſed cum hac & illa, & illa, & illa, &c. vel diſiunctim, cum illa, vel illa, vel illa, &c. & interim nul-

nullam signatè denotaret; vel indefinite solummodo;
cum aliqua. Quò filius se vertet? Num ad Magistros ^{sup-}
positionum configiet, vt illi inde aliquam determinatam
sponsam exsculpant?

Quæritur XLIV. Vtrum pater possit filium cogere
ad matrimonium cum hac vel illa persona, quam odit
& auersatur? & num filius obtemperare teneatur? Re-
spondet Lutherus in Analyti duorum Thematum Ma-
trimonialium, Si hæc res apud Christianos tractetur, ili-
cket consultum est illi: nam verus Christianus non auersabitur
matrimonium coactum, facietque, cœu, qui inter Turcas, vel
alias hostilim manu deprehensus, cogatur amplecti, quam vel
Turca, vel hostes illi offerrent; aquæ atque si illum vel perpe-
tuò in carcerem compingerent, vel mari ad nauim onerariam
catenis constringerent.

Nec te, quod obiicies iuuabis, nempe; Ex coacto matri-
monio nascetur odium, inuidia, latrocinium, omniatan-
dem deploratissima. Nam illicet Christus respondebit. Id, In libro de-
si curatum velis, mihi demandes; quid mihi non fidis? ^{bis Matrimo-}
si meo præcepto morem gereres, ego belle curare possem, ^{nialibus Tom. 5.} Ien. Germ.
ut nihil huius, quod ipse times, eueniat, sed potius tota sa- ^{Anno Christi}
lus & felicitas exoriatur. Tun' ob incertum futurum da- ^{1530. longè ali-}
mnum, certum fortunatumque præceptum transgredi- ^{ter hac de re}
re canit Luthe- ^{rus.}
meum? Aut scelus tibi perpetrare cordie est, ut bonitas eue-
niat, &c. Attamen imbecillioribus Christianis, qui huic
Christi præcepto respondere nequeunt, consulerem, vt fido-
rum amicorum opem apud Principem, Consulem, Primorem
implorent, quo parentum plus quam temerarium nefas, dia-
bolicaque vis deprimeretur, & puer ab illis ereptus sua li-
bertate frueretur, parentes vero ad verum paterni iuris
rūsum compellerentur, Tametsi enim Christiani sit
iniu-

iniuriam ferre non iniquo animo; sublimioris tamen potestatis est, huiusmodi iniuriam tum punire tum arcere, adeoque ius in suo conseruare precio & honore.

Antipharmacum.

QVAM bellus est Lutherus, & quam concinnus Catisfa? Si parentes adultos filios non collocent in matrimonio, & vt collocentur, elaborant, potestate paterna excidunt; iudice Luthero; at si parentes per temerarium nefas, per vim Diabolicam, ac tyrannidem, liberos aut absolutè ad matrimonium, aut ad matrimonium cum hac vel illa persona cogant; matrimonium constabit, nec parentes potestatem suam hac violentia amittent, nec Christianè aget filius, si tantæ coactioni se non subiciat: Etsi imbecillioribus & in Christiana religione minus proiectis, hanc gratiam Lutherus facit, vt rem ad Magistratum deferant; quo parentes ab huiusmodi incoepitis reuocet.

Sed nil opus longis verborum ambagibus. Aut parentes talia iustè agunt, aut iniustè. Si iustè; filius obediens debet, nec magistratus se interponet: Si iniustè; filius, etiam sine magistratus auctoritate; ab obsequio liber est: Et si metus, qui incutitur, eiusmodisit, qui invirum constantem cadat, matrimonium irritum erit; quidquid deliret Lutherus. Qui dum potestatem parentum in matrimoniis filiorum contrahendis ultra metas suas extendit, inextricabiles nodos sibi nexuit; ita vt modò hoc, modò illud affirmet; idque, quod parentibus immerito tribuerat, mox iterum auferat; & ubi abstulit, rursus transcribat, si noua interim vertigo caput occupet; nam & in Epistola ad Spalatinum Tom. 9. Witeb. Germ. agens de controuersia quadam matrimoniali